

Alte Drucke

**HISTORIA AVGVSTANÆ || CONFESSIONIS, || continens ||
SERIEM VARIA=||RVM DELIBERATIO=||NVM ET ACTORVM IN
CAV-||SA RELIGIONIS, EO TEMPORE, || QVO ...**

Chyträus, David

Francoforti ad Moenum, 1578/1579

VD16 ZV 30715

PRAEFATIO.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149583

PRAEFATIO.

VMagnoscamus nos diuina clementia ad gubernaculum nostræ regionis ac Reip. vocatos, nihil prius hæcenus duximus, quàm vt coram Deo patre Domini nostri Iesu Christi, & vniuersa eius Ecclesia, studium nostrum in excitanda & propaganda verè pia doctrina, quibuscunq; possemus officijs, testificaremur.

Et si enim non ignoramus, suum esse discrimen inter Politicam & Ecclesiasticam functionem, tamen cùm Psalmus nos grauissimè hortetur, Nunc reges, inquiens, intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite DOMINO in timore & tremore: non debuimus coelestem vocem contemnere, sed omnem conatum, & operam nostram, ad iuuandum veram Ecclesiam filij Dei, pro virili nostra, conferre.

Alij, alias quidem rationes inire solent, quibus cogitant se filio Dei, & Ecclesiæ eius, studium suum probare.

Nos autem iudicauimus, ad veram Ecclesiæ salutem aut constituendam, aut conseruandam, nihil esse nec vtilius, nec Deo acceptius, quàm vt ministerium coelestis ac verè piæ doctrinæ, officijs tum publicis, tum priuatis, iuuetur.

Et quia propter immensam clementiam Dei, quam fecit nobis in Iesu Christo filio suo testatissimam, non dubitamus, quin nos vt vera membra sua complectatur: debuimus ei vicissim hoc obsequiũ, vt, quoquo modo possemus, benivolentiam nostrã erga sponsam eius Ecclesiam, qua nihil ei est in his terris aut amabilius, aut preciosius, declararemus.

Iussit nos alius Psalmus, portas nostras aperire Regi gloriæ. Existimauimus autem, portas tanto Regi verè tum patere, cū coelesti doctrinæ eius in Ecclesijs locus cõceditur.

Sed

Sed cùm inciderint varię de doctrina Ecclesiastica diffensiones, & visum sit Inuictissimo domino Imperatori Carolo, eius nominis quinto, domino nostro clementissimo, ac reliquis statibus S. Romani Imperij, si quid habemus, quod vel ad publicam Ecclesię pacem, vel ad priuatam conscientię tranquillitatem, pertinere videatur, commemorare: Iussimus concionatores nostros, sumam doctrinę ipsorum conscribere, vt palàm testarentur, in nostris Ecclesijs, non nisi verè Apostolicę, Catholicę, & Orthodoxę doctrinę, locũ datum esse.

Voluimus igitur, vt hoc scriptum concionatorum nostrorum publicè proponeretur, & speramus futurum, vt vniuersa Ecclesia piorum re ipsa videat, nihil à nostris Ecclesijs alienius esse, quàm vt in ijs quicquam, quod cum scriptis Prophetis & Apostolicis, ac consensu verè Catholicę Ecclesię pugnet, vel in doctrina prædicandum, vel in ritibus sacrorum administrandum, susceptum fuerit.

